

# trigesimus primus

salinas ingestis. Prima dēfatio babylonix in bitamen liquidū cogitur: oleo simile: quo & in lucernis utūtur. hoc detracto subest sal. & in cappadocix puteis ac fonte quem in salinas ingerūt. In chaonia excoquunt aquā ex fonte: refrigerandoq; salem faciunt inertē nec candidū. Gallix germanixq; ardētib; lignis aquā falsam infundunt. Hispanix quadā sui parte e puteis hauriunt muriam appellantes. Et illi quidem etiā lignū referre arbitrant. Quercus omnia ut quæ per se cinere sincero uim salis reddat. Alibi corylus laudatur. Ita infuso liquore falso. Carbo etiā in salem uertitur. Quicunq; ligno cōficitur sal niger est. Apud Theophrastū inuenio imbrios harūdinis & iunci cinerē decoquere aq; solitos: donec exiguū supellet humoris. Quin e muria falsamentoq; recoquitur: iterūq; cōsumpto liquore ad naturā suā redit uulgo e menis iocundissimus. Marinoq; maxime laudatur cyprius a salamine. At e stagnis tarentinus: Ac phrygius qui rattæus uocatur. Hi duo oculis utiles. A cappadocia uero q; laterculis affertur cutis nitorem dicitur facere. Magis tamen extēdit is quem cittieum appellauimus. Itaq; a partu uentrem eo quem melanthio illinunt. Salsissimus sal qui siccissimus suauissimus omniū tarentinus atq; candidissimus. Et de cætero fragilis qui maxime cādidus. pluuia dulcescit omnis. Sua uiorem tamen rores faciant. Sed copiosū aquilonis flatus. Austro nō nascitur. Flos uero salis nō fit nisi aquilonibus. In igni nec crepitat: nec exilit tragaseus: neq; acanthius ab oppido appellatus. Nec ullius spuma: aut ramentū aut tenuis. Agrigentinus igniū patiens ex aqua exilit. Sunt & colorē differentix. Rubet memphi. Ruffus est circa oxum. Centuripis purpureus. Circa gelam in eadem sicilia rāti splendoris: uti imaginē recipiat. In cappadocia croceus effoditur trāslucidus & odoratissimus. Ad medicinæ usus antiqui tarentinam maxime laudabant. Ab hoc uero quæcunq; e marinis ex genere eo: præcipue spumeū. Iumentorū uero & boum oculis trageseum & beticū. Ad obsoniū & cibū utilior q; facile liquefcit. Itē humidior minorē enim amaritudinē habent: ut atticus & euboicus. Seruādis carnibus aptior acer & siccus: ut megaricus. Conditur etiā odoribus additis: & pulmentarii uicem implet excitans auuditatem: inuitansq; in omnibus eibis: ita ut sit peculiaris ex eo intellectus inter innumera cōdimenta: ita est in mādendo quæsitus garo. Quin & pecudes armētaq; & iumenta sale maxime sollicitantur ad pastum: multo largiores lacte: multoq; gratiore etiā in caseo dote. Ergo hercule uita hūanior sine sale nequit degere: adeoque necessariū elementū est: ut transierit intellectus ad uoluptates animi quoque. Nā ita sales appellatur: omnisq; uitæ lepos & sūma hylaritas laborūq; requies nō alio magis uocabulo cōstat. Honoribus etiā militiæq; interponit salatis inde dictis: magna apud antiquos auctoritate: sicut apparet ex nomine salariæ uix: quoniā illa sal in sabinos portari cōsuebat. Ancus Martius rex salis modia sex milia in congiario dedit populis: & salinas primus instituit. Varro ēt pulmentarii uice usos ueteres auctor est. Estasse enim salem cū pane & caseo: ut puerbio apparet. Maxime tamen in sacris intelligitur auctoritas quādo nullā cōficiuntur sine mola falla. Salinas: syncretitas sūmam fecit suam differentiā. Quædam enim sauilla salis: quæ leuissima ex eo est & candidissima flos salis appellatur. Et flos quidē salis in totum diuersa res humidiorisq; naturæ & crocei coloris aut tuffi ueluti rubigo salis. Odore quoq; ingrato ceu gari dissentiens a sole nō modo a spuma. In ægypto inuenitur uideturque nilo defert. Et fontibus tamē quibusdā innatat. Optimū ex eo quod olei quandā pinguitudinem reddit. Et enim in sale pinguitudo: quod miremur. Adulteratur aut tinguaturq; rubrica: aut plerunq; testa trita. Qui fucus aqua deprehēditur diluente factitium colorē: cum uerus ille non nisi oleo resoluatur: & unguentarii ppter colorem eo maxime utant. Canicia in uasis summa est. Media uero pars humidior ut diximus floris natura aspera excafactoria stomacho iutilis Sudorem cit. Aluū soluit in uino & aq; acopicis & smegmaticis utilis. Detrahit & ex palpebris pilos efficacissime. Fæces imæ cōctiuntur ut color croci redeat. præter hæc etiānam appellatur in salinis falsugo: ab aliis falsilago tota liquida marina aqua falsior ui distans. Aliud etiamnum liquori exq;si ti genus quod garon uocauerunt intestinis piscium cæterisque quæ abiicienda essent: sale maceratis: ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce quem græci garon uocabant. Capite eius usto suffitu extrahi secundas morantes.

De scombro pisce & muria. & alece.

Cap. viii:

**Q**uoniam e scombro pisce laudatissimū in finibus carthaginis spartarie & cætaris: sociotum appellatur singulis milibus nūmum permutantibus cogios pene binos. Nec liquor ullus pene præter unguenta maiore in præcio esse cœpit: nobilitatis etiā gentib;. Scombro quidē & mauritania beticaque & carteia ex oceano intrantes capiunt ad nihil aliud utiles. Laudatur & clazomene garo. pompeiq; & leptis. Sicut muria antipolis ac thuria. Jam uero in dalmatia. Vitium huius est alex imperfecta nec colata sax. Cœpit tamē & priuatim ex iutili pisciculo minimorū cōfici. Apud nostri aphyen græci uocant: quoniā is piscicul' e pluuia nascit. Foroiulienses piscē ex quo faciunt lupum appellant. Transit deinde in luxuriā creueruntq; genera ad infuitū: sicuti garū ad colorē

E liii

Vm-  
bros.  
Vetusta  
Exem-  
plaria.

Animi  
quoq;  
sannit  
sales